



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quàm diu vnusquisque ante sacram communionem ad vxore se abstinere  
debeat. xxii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

## DE EUCHARIST. DECR. LIB. V. 137

die resurrectionis domini, & Pentecostes, & in Natali domini, penitus ab omnibus communicandum est.

*Vt in cœna domini Eucharistiae perceptio non negligatur.* Cap. XX.

**I**N cœna domini à quibusdam perceptio Eucharistiae *Ex decr.* negligitur. Quæ quoniam in eadem die ab omnibus *Sotheris* fidelibus, exceptis his quibus pro granibus criminibus in- *pap. cap.* hibitum est, percipiēda sit, ecclesiasticus usus demonstrat, 5. quum etiam pœnitentes eadem die ad percipiēda corporis & sanguinis dominici sacramenta, reconcilientur.

*De histriónibus & magis, si communionem cum cæteris fidelibus accipere debeant.* Cap. XXI.

**C**YPRIANUS EUCRATIO CONFRATRI SALUTEM. PRO dilectione *Ex epist.* tua & reuerentia, vt ad consulendum me existimasti *sancți Ci-* frater charissime, quid mihi videatur de histrione, & mago *pria. epi-* illo, qui apud vos constitutus, adhuc in artis sua dedecore *scō. ad Eu-* perseuerat, & magister & doctor erudiendorum, imò per- *cratum.* déorum puerorum id quod malè didicit, cæteris quoque insinuat, an tali sacra comunione cum cæteris Christianis debeat dari, aut nobiscum communicare: puto nec maiestati diuinæ, nec Euāgelicæ disciplinæ cōgruere, vt pudor & honor Ecclesie, tā turpi & infami contagione fœdetur.

*Quandiu unusquisque ante sacram communionem ab uxore se abstinere debeat.* Cap. XXII.

**O**MNIS HOMO ANTE SACRAM COMMUNIONEM A PROPRIA *Ex cōcil.* vxore abstinere debet tres, aut quinq;, aut septē dies. *Eliberta.*

*Quod inter catholicos non connumeretur, qui in istis tribus temporibus, Pascha, Pentecoste, Natali domini, non cōmunicat.* Cap. XXIII.

**S**ECULARES VERÒ, QUI IN NATALI DOMINI, PASCHA, & IN PENTECOSTE NON COMMUNICAUERINT, CATHOLICI NON CREDĀ- *Ex cano-* ne Aga- tur, nec inter catholicos habeantur. *then.*

*Vt oblatio altaris singulis dominicis diebus fiat.*

*Caput* XXXIII I.

**D**ECERNIMUS, VT IN OMNIBUS DOMINICIS DIEBUS ALTARIS *Ex decr.* oblatio, ab omnibus viris, vel mulieribus fiat, tam *Fabij pa-* panis, quam vini, vt per has immolations à peccatorum *pæ, ca. 5,* suorum fascibus liberentur.